dentium aliquis · et fratres qui possunt cum parentibus vocari · et alterius premortui
fratris filios cum ascendentibus et fratribus · vocari et premortui fratris
filii et tantam accipiant portionem quantam futurus erat eorum pater
accipere si vixisset · hoc nos sancimus de illis fratrum filiis quorum pater
ex utraque parte iungebatur defuncto · et absolute dicas · quem eius dedimus
ordinem qui cum solis vocantur fratribus · eundem eos habere iubemus et qui cum
fratribus vocantur aliqui ascendentium ad hereditatem ¶ Sed nunc relinquitur
dubium · si sine fratribus utrimque coniunctis · supersunt talium filii an cum
patre et matre admittentur · sic quando aliqui fratres utrimque coniuncti vivent
Reuersio habebitur in immediate cum tertium divisionis membrum in fi. s. scdi.
quia et in secundo membro locum habet hec questio · ¶ Nunc quo ad 2m
membrum premisse divisionis principalis · si alter tantum scilicet pater aut mater superest · ad-
mittitur exclusis omnibus aliis ascendentibus · nec non etiam collateralibus · exce-
ptis his de quibus iam dictum est · idest de fratribus utrimque coniunctis · et talium
filiis · qui cum patre vel matre tantum simul admittuntur · sic cum utrisque · modo
quo predictum est · hoc est fratres in capita · fratrum filii in stirpes · cum par sit
ratio de uno sic de ambobus · In signum cuius et precedentes leges de eis
simul admittendis de patre et matre loquuntur · iam copulative iam disiunctive
utrumque intuens · Ad idem facit auc. et cum sororibus C. ad sena. consul. tertul.
que de sola matre cum fratribus extante · sic dicit Et cum sororibus solis et
cum solis fratribus · Item cum premortuis vocatur mater in virilem portionem ea
ratione est · ubi solus pater existat cum fratribus · ¶ Sed quod alter eorum superstes tantum
pater vel mater alios ascendentes excludat hoc restat probandum · Pro illo quidem
facit quod habetur in auc. de here. ab intest. § consequens v. si autem. v. secundo
Si autem plurimi ascendentium vivunt · hos preponi iubemus · qui proximi gradu
reperiuntur · masculos aut feminas v. dicit glo. ergo avum maternum excludit
pater · dum mater non supersit · Sed aliud in descendentibus ubi ut in precedentibus
probatur cum in proximiore remotior admittitur. Ecce quando varie in ascen-
dentibus et descendentibus · Ad idem facit etiam auc. defuncto C. ad sena.
consul. tertul. que dicit · Ascendentes succedunt salua proximitate graduum
ubi similiter glo. super verbo gradus dicit ergo pater excludit avum maternum · cum

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0011
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST